

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Noc tempore regnū argiuoz siue grecoz exortū est: sub ynacho primo rege. et duravit p. xiiij. reges vsq; ad tpa iudicū isrl' barach et delboze. Tūc perse' cri q; illuc regnauerūt aurite' acre'. His tempibus scdm cōmestozē (q; dicit mgi hysto rie scolastice) phoroneus fili' ynachi et nyobis prim' grece leges dedit: ac sub iudice causas agi instituit. Et ppter ea iuris civilis periti dicūt eū locū (quē forū dicitur) ab eo forū denomiari. **S**ozoz ipi' ysis in egiptuz nauū yo diceret ysis ab eo dicta est qd in lingua eoz sonat terra. Et ob h' p' mortē in numero deoz in egipto recepta ē. fili' etiā phoronei q; apis dicit' ē eodē tpe i egiptū. **Y**nachus a natiuitate isaac āno sexagesimo apud argos i thessalia prim' regnare cepit et regnauit annis. 50. Is post se reliquit ysidem egipti reginam et phoro-

Linea regū Ger
corum
Ynachus



ylis



Ysis primo dicta fuit yo filia ynachi: sed in egiptū nauū gās ibiq; litteras inuenit et leges edocuit. Et ysis appellata est. ppter qd egiptioz sanctissimū et venerabile numē fuit ob multarū virtutū prestantiā: Et a ioue cōpressa fuit: q; ob patris metuz impulsa. acceptis quibusdā amicis suis. nauē cōscendit. Et psperovento ex Achata in egiptū transfretauit. Ibiq; cū repisset rudes pplos: illos terrā colere docuit: cultamq; semina pmittere. et tandē fruges collectas in panē pficere. Ideo eā e celo lapsaz crediderunt.

Phoroneus



Phoroneus prim' in grece leges instituit. **H**ic habuit frēm qui menses et annos docebat obseruare. et sacella et aras instituit ad colendos deos. ppter qd a rudi populo inter deos cōnumerat' est: et ei boues ymolabāt dictusq; ē phegeus.



Flumiū deucaliōis factū i thessalia. et fetōtis fabulaz in cediū: et vocat' iō deucaliōis. qz in ei' regno maxie fuit.

Serapis i egipto exit d' flumie i festo Serapis et eleuaf i aere et rursus itrat. et nō cōparet. et p deo colit' a stulta plebe

Serapis tercius rex argiuoz siue grecoz cū in egiptū nauigio venisset. et ibi mortu'. fact' est a ceca gēte oim maximus egiptioz de'. Tūc etiam mirabilis supstitio incepit de boue discolorē: quē apim vocabāt. eo qz viuus coleret. et illo mortuo. demones vitulū simlē ibidē pcurabant. ad decipiendum rudē pplm. **I**ndevenit qz filij isrl' similiter delirabant in oreb' vtz. **Q**uid' em hac stulticia miserabili' in hoie rationali.

Serapis



Argus iste quart' rex argiuoz fuit. ex cui' nomie illud regnū nomē accepit. **H**ic post obitum deus haberi cepit. templis et sacrificijs honoratus. **H**oc etiaz tpe grece segetes habere cepit delatis aliunde seminib'.



Iob vir scitissimus patientie insigne specimē: In Idumeez arabie finib': ex zareth pte matreque bosra nascit'. **H**ic erat iust'. rect'. mode stus. prudēs. grauis. t'pibus prudēter vtēs: **I**tez q; q; continēs. ac mirūimmoduz patiēs. **E**x vxore sex filios et femias tres suscepit. **D**ives q; ppe inter omnes sui t'pis oriētales: **C**ui' possessio septē milia ouium fuit. tria milia cameloz. **Q**uinquagita iuga bouz quingēteq; asine ac familia multa nimis. **C**ui' animi fortitudinē vt dñs certo argumēto cōprobaret: pmissit vt a diabolo tentaret'. **Q**ui accepta potestate oēm eius substantiā. filiosq; omnes et filias pdidit: eūq; graui vulnē vlcerauit. quib' in omnib' **J**ob labijs suis nō peccauit dicēs. dñs dedit dñs abstulit et c. **A**d eum deniq; cōuersus dominus: **O**mnia q;cumq; ei a p'ncipio fuerāt duplicia addidit. **S**upvixit dein **J**ob p' flagella quadragita et cētuz annos. **E**t vidit filios suos: ac filioz suoz filios vsq; ad quartā generationem. ac sic senex et plenus diez mortuus est.

Argus

